



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1521. usque ad annum 1525

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118472

§. 90. Tumultus a Carolstadio Wittembergæ suscitati.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66495](#)

signem adeo favorem grato animo ac- **Sæc. XVI.**
cipere recusent, timendum omnino, ne **A.C. 1522.**
Deus Verbi sui contemptum puniat, ac
sensim omnes malis oppressos penitus
deleat.

In eadem epistola plures adhuc alias
reditus sui caussas adducit, quibus ta-
men minus insistit, primas, quas alle-
gasset, satis superque validas existimans.
His tandem addebat: oro te Serenissi-
me Elector, ut meum in urbem acces-
sum, licet absque tua venia factum haud
indigne feras, sed recorderis, quod
tanquam Princeps supremus nonnisi in
corpora, ac subditorum bona potesta-
tem habeas, solus vero Christus su-
premus fit animarum Dominus, quarum
cura cum mihi est credita, eis in au-
xilium venire, obstrictus sum.

§. XC.

Tumultus a Carolstadio Wittembergæ fuscitati.

Turbas, quas Lutherus in sua episto- **Sleid. l. 3.**
la memorat, Wittembergæ fusci- **p. 82.**
verat Carolstadius, qui Lutheri absen-
tiam in rem suam vertens, totam Ec- **Zwingl. ep.**
clesiæ disciplinam evertere nitebatur:
Idem enim, cuius jam olim mentionem **Albert. id. de**
ingessimus, Vir erat ferox, stupidus, cal- **vera Relig.**
lidus tamen & sediciosus, sine pietate,
Hift. Eccles. Tom. XXXIV. L &

Sæcul. XVI. & absque humanitate, Judæo similior
 A.C. 152² quam Christiano, cuius ignorantia nullo magis luculento comprobatur argu-
Hofsinian. *sac. part. fol.* **132.** mento, quam illa explicatione, qua Christi Domini verba in institutione S. Eu-
 charistiae prolata corrupit, affirmans,
 quod Salvator noster, dum dixit: *Hoc est corpus meum nullatenus respexerit ad*
corpus, quod tradidit, sed duntaxat se-
metipsum ostendere voluerit sedentem
in mensa, prout erat cum suis Discipu-
lis. Ridicula prorsus explanatio, inquit Mel-
densis Episcopus, quam ab homine ratio-
ne utente inventam vix credas.

§. XCI.

Diffidiorum initia Lutherum inter &
Carolstadium.

Priusquam Carolstadius absente Lu-
 therò infulsam hanc interpretatio-
 nem excludisset, Wittembergæ sacras i-
 magines e templis ejecit, sacratissimi Sa-
 cramenti elevationem, ipsasque Missas,
 ut vocant, privatas abrogavit, & com-
 munionem sub utraque specie restituit.
 Non equidem Lutherus hasce novitates
 improbabat, sed importuno tamen tem-
 pore factas, parumque necessarias da-
 mnabat: *Omnis, ajebat, erraverunt, qui-*
cunque consenserunt ad abrogandam Missam,
non quod bonum non fuerit, sed quod non
ordi-